

feld XII p. 845), nescimus quam ob causam. — 9) *Leges hae paene eisdem verbis redeunt in aliis dedicationum titulis (in primis Salonianis III 1953), quos infra dabimus inter titulos sacros.* — 10) *quod titulus Salonianus modo laudatus.* — 11) *A. 12/53.*

113 imp. Ca[e]sar divi f. Augustus pontifex maxim. cos. XIII imp. XX tribunic. potest. XXXVII¹ p. p., | Ti. Caesar divi Augusti f. divi Iuli n. August. pontif. maxim. cos. IIII imp. VIII trib. potest. XXII¹ dedere.

Prope Ariminum in ponte fluminis dicti Marecchia, titulus scriptus et a dextra et a sinistra transeuntis: descriptsit Bormann et in altero exemplo quae evanuerunt ex altero supplevit (XI 567). — 1) Notat Bormannus esse nomina Augusti, quae habuit, quo tempore mortuus est (nisi quod pro imp. XX expectaveris XXI cf. Mommsen mon. Aneyr. comm. p. 47), Tiberii a. p. C. 21, ut hoc anno appareat confectum esse pontem, incohatum ab Augusto.

114 divus Augustus, | Ti. Caesar divi | Augusti f. divi n. | Augustus | aquas in coloniam | perduxerunt.

Brixiae (V 4507).

115 divo Caesari divi Iulii f. Augusto, | Ti. Caesari divi Augusti f. Augusto | sacrum

Romae in ima parte obelisci a C. Caesare Caligula in circo Vaticano statuti (cf. Plin. h. n. 16, 201. 56, 74), a Sixto V papa in plateam S. Petri translati (VI 882). Obeliscum sacratum esse a Caligula duobus principibus qui ante eum regnaverunt ex hac inscriptione appetat. Medio aevo credebatur cineres Caesari dictatoris sustinere.

116 Genio Augusti | et Ti. Caesaris, | Iunoni Liviae, | Mystes I.
In via Flaminia loco dicto Borghetto (XI 5076, servavit lucundus).

117 ex domo | Caesarum et | Liviae | libertorum et servorum.

Romae rep. ad viam Appiam, nuper Vindobonam translata (VI 21415; Bormann arch. ep. Mittb. 13, 1890, p. 405). Pertinuit ad sepulcrum familiae Caesaris Augusti et Liviae. Caesares intelleguntur cum Augusto aut Gaius Luciusque filii aut Tiberius cum Germanico et Druso (cf. Bormann l. c.).

118 Liviae Caesaris | Augusti¹ | publice².

Tibure (XIV 5575, descripserunt Metellus aliique). — 1) nempe uxori. — 2) pecunia publica statutum a Tiburtinis.

119 Liviae Augusti, | deae¹, | municipium

Haluntii in ora Siciliae (X 7464, bis descripta saeculis superioribus). — 1) More Graeco Livia viva dicitur dea.

120 Iunoni Liviae Augusti sacrum, | L. Passieno Rufo¹ imperatore | Africam obtinente², | Cn. Cornelius Cn. f. Cor. Rufus | et Maria C. f. Galla Cn.³ | conservati | vota l. m. solvont

In provincia Africa loco dicto El-Lehs (Eph. ep. 5, 640). — 1) Consul fuit a. 750, proconsul Africæ a. 756 (p. C. 5); imperatorem appellatum eum esse ex Africa testis est etiam nummus editus a Muellero (cf. Mo. mon. Aneyr. comm. p. 48 not. 2). — 2) Formula insolita ideo adhibita est, quod Passienus imperator appell-